



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De rectoribus Ecclesiarum, ne præcipites sint in dictandis sententiis. Cap.  
i.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

# D. Burchardi

## ECCLESIAE VVORMACI- ensis Episcopi, de Accusatoribus & Testibus, Decretorū Liber XVI.

### ARGUMENTUM LIBRI.

Libro hoc qualis iudex, accusatores, & testes esse debeāt,  
docetur, quæque pœnitentia sit iudicibus qui ad gratiam  
indicant, calumniatoribus, & falsis testibus, iniungenda.

*De rectoribus Ecclesiarum, ne præcipites sint in di-  
ctandis sententius. Cap. I.*

Vmmopere præcauere debent rectores Ec- *Ex dictis*  
clesiarū, & qui publica iudicia exercēt, vt in *Gre. pa-*  
*S. 8.* *distandis sententiis nullatenus. leuitate, aut pæ,*  
furore ducti, sint præcipites, sed causis prius  
diligenter ventilatis, cū res quæ ignorabatur  
pleniter ad notitiā venerit, tunc diuina & humana lex re-  
soluatur, & secundū quod ibi constitutum est, remota per-  
sonarū acceptance, definitiua proferatur sententia. Hinc est  
quod Moses querelas populi semper ad dominū, taberna-  
culū ingressus, referebat, & iuxta quod domin⁹ imperabat,  
iudicia proponebat: nimirū nos instituens, vt non ex cor-  
de nostro, sed ex præcepto diuino, condemnationis vel iu-  
stificationis sententiam proferamus.

*Ut comites & iudices pro iudicio munera non ac-  
cipiant. Cap. II.*

C Omitibus verò & iudicibus hoc summopere cauen- *Ex cōcī',*  
dum est, vt iuste iudicent, & nequaquam in iudicio *Capillon.*  
munera seu personas accipiant, dicente domino; Non ac- *cap. 21.*  
cipias personam nec munera: quia imenera excēcant ocu-  
los sapientium, & mutant verba iustorum: sed ministros,